



**Enchiridion Piarvm Meditationvm In Omnes Dominicas,
Sanctorvm Festa, Christi passionem, & cætera**

Busaeus, Johannes

Mogvntiæ, M. DCVI.

52. Do. 19. post Tr. de paralytico. Matt. 9.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70978](#)

N
um, ve
tam no
a inimi
es enim
nius pa
s omni
donare
precan
xoribus
, quam
ctionis
e istan
e etè di
, quan
t B. lo
ndet o
ci, nos
on sicut
ur, con
ur & do
tura si
si illa
etiam
alutem
iræ hu
nim n
positum
habet

DOM. TOTIVS ANNI. 1090
habere debemus. Quid facilius, & iucun-
dus quam diligere?

DOM. XIX. POST TRIN.

De paralytico. Matth. 9.

CHRISTVS paralytico in lecto iacenti
ob fidem dīpertantium eum dixit, (Con-
fide fili, remittuntur tibi peccata tua.) Con-
sidera Christum non rogatum, primo ei
remittere peccata, ut discas prius in te ali-
isque sanitatem animæ querere, quam
corporis. Deinde, peccata sāpe esse causam
morborum. 2. Considera bonum esse te
versari in societate multorum piorum, ut
si non tua fide & operibus, illorum saltem
pietate & precibus sanitatem spiritualem
imperres, maximē si paralyticus sis, id est,
multis imperfectionibus obnoxius.

I E S V S videns cogitationes blasphemias
scribarum ait. Quid est facilius dicere, dimit-
tuntur tibi peccata tua, an dicere, surge &
ambula? Considera, exemplo Christi nos
dileceri, ut quoties praua menti obrepit
cogitatio, debere reprehensione nostri
ipsorum mox repelliri, dicendo. Ut quid co-
greas, malum in corde tuo? 2. seruum Deū
contra maledicos & detractores non alii
eris

110 MEDITATIONES IN

armis vti, quam boni operis exemplo, n
hic Christus fecit, sanans paralyticum, n
ostederet se posse remittere peccata, quod
scribæ putabant blasphemum.

3. *Tunc ait paralytico. Surge, et tolle lectum
tuum et vade in domum tuam. Considera
per paralyticum intelligi spiritualiter pec-
catoriem, operibus meritorii destitutum
vel otio turpi in sua vocatione marcen-
tem. Is primo Deo confidens à vitiis vel
imperfectionibus antiquis debet surgere
per bonum propositum vitæ emendanda
et tollere lectum, id est, corpus suum co-
gere, seruire iustitiam, quod prius seruauit
iniquitati, castigareque illud ieiuniis, di-
sciplinis, &c. 3. vadere in domum suam, id
est, honorum operum exercitio de virtute
in virtutem proficere, donec perueniat do-
mum, id est, ad patriam cœlestem.*

DOMIN. XX. POST TRIN.

De ueste nuptiali.

Matth. 22.

1. *Dixit Iesvs discipulis parabolam. Rex
ad nuptias filii sui invitauit multos, sed
quidam se excusarunt, alii vero invitatores
occiderunt. Considera, Deum facile nu-
ptias*